



Pri. 17. num. 27.

P. 26.

1709, 2

3

THEMA JURIDICUM

An.

THESAURUS IN FUNDO EMTO
CUM MONETA VIGINTI ANNORUM EXCUSA
INVENTUS, AD VENDITOREM POTIVS
QVAM EMTOREM PERTINEAT

Quod

IN SPECIMEN

DISSERTATIONIS INAUGURALIS,
FAVENTE DIVINA GRATIA

RECTORE HUIUS UNIVERSITATIS MAGNIFICENTISSIMO,
REVERENDISSIMO ET ILLUSTRISSIMO DOMINO,
DOMINO

PHILIPPO WILHELMO,
S. R. I. COMITE de BOINEBURG,

SACRÆ CÆSARÆ MAJESTATIS CONSILIARIO INTIMO &
CAMERARIO, hæc non METROPOLITANARUM ECCLE-

SIARUM, MOGUNTINÆ & TREVIRENSIS CA-
NONICO CAPITULARI SENIORE,

EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNTINI CON-
SILIARIO INTIMO, ac CIVITATIS TERRITORIIQUE

ERFFURTENSIS PRO-PRINCIPLE &c. &c.
DOMINO NOSTRO GRATIOSISSIMO,

MAGNIFICA AUTORITATE & CONSENSU BENEVOLO

INCLYTE FACULTATIS JURIDICÆ ACADEMIÆ HIERANÆ
ventilatum & resolutum

Summos in utroque Jure HONORES ac PRIVILEGIA
decenter ac rite demerendi,

Publico ac solenni Eruditorum Examine proponit
ac subjicit examinandum

Die xxxi. Maji A. O. R. M. D. CC. IX.
loco ac tempore solito.

WILHELMUS LUDOVICUS MARTINI.

ERFURT, Typis GROSCHLIANIS, Acad. Typogr.



THEM A. HILFICHUM
THESSALICIS IN THESSALICIS
CUM MONETA VICINI A. NORUM FAXUS
INVENTIS AD VENDITOREM POTUS
QUAM EMTOREM PERTINAT

IN THE THESSALICIS
DESTR. A. IONIS IN AUCULALIS
P. A. THE DIVINA GRATA
FACTORE A. IONIS IN AUCULALIS
DESTR. A. IONIS IN AUCULALIS

PHILIPPO WILHELMO
S. R. L. COMITE DE ROUILLON

IN THESSALICIS IN THESSALICIS
CUM MONETA VICINI A. NORUM FAXUS
INVENTIS AD VENDITOREM POTUS
QUAM EMTOREM PERTINAT

IN THESSALICIS IN THESSALICIS
CUM MONETA VICINI A. NORUM FAXUS
INVENTIS AD VENDITOREM POTUS
QUAM EMTOREM PERTINAT

WILHELMUS EUDOTICUS MARTINI
S. R. L. COMITE DE ROUILLON

IN THESSALICIS IN THESSALICIS
CUM MONETA VICINI A. NORUM FAXUS
INVENTIS AD VENDITOREM POTUS
QUAM EMTOREM PERTINAT





L. S.



Quam ridiculae, variae in-
super, & diversae ple-
bejorum hominum sint
persuasiones in con-
sequendis & appeten-
dis divitiis, vel inde patet, quod the-
sauros in votis habere hisq; inveni-
endis nimis inhiare soleant eo impri-
mis tempore quando vel segnitie, vel
voluptate vel luxuria in bonis suis ad
incitas sunt redacti. Plebs enim
veluti ad voluptatem & segnitiam
proclivis ad acquirendas divitias vel

A 2

ea

ea quæ sunt proximi, ut bona, vel rei-
publicæ, ut numeræ & honores, vel
principis, ut reditus & alia, non so-
lum optat sed appetit & con-
sequi conatur quo eo melius sta-
tum miserum cum felici permutare
queant. Hæc vero consequenda
si inanes ac frustraneos suos videant
conatus eheu thesauros inveniendos
& tanquam rem quam nullius esse
putant veluti solatium subsidiarium
sibi exoptant. Verum quam va-
num & inane hoc existat votum li-
cet aliqui dignum hoc sibi optatu pu-
tent: Testis est experientia. Nam
Possessores & Dominos quasi, suos
hodie fere habere thesauros praxis
confitetur. Principes enim jure in
subterraneas res sibi competente
the-

thesauros suos putant, imo privati juribus nonnullis thesauros sibi habendi non sunt destituti. Quid ergo de thesauris quippe re jam Dominis suis competente sperandum? nihil certe. Ut ut ergo in propatulo sit, quid pro casus contingentia de thesauris sperare liceat ecce lector benevole habes casum circa materiã de thesauris obvenientem Doctoribus juris controversum. Cujus resolutionem æquo benignoque animo suscipere ac interpretari ut velis, est quod rogo. Faxit Deus feliciter.



Jesu Sapientia Thesauros pandente.

THEMA.

An Thesaurus in fundo emto cum moneta XX, annorum excusa inventus, ad venditorem potius quam ad emtorem pertineat.

Casus contingentia sequens.

Titius vendit Mævio fundum suum Tusculanum, post deinde Mævius sive data opera sive fortuito (absque tamen magicis artibus invenit vasculum quoddam figulinum aere onustum, in eoque ejusmodi monetam, quæ intra vicennium fuit excusa: Quæritur an hic thesaurus totus ac integer Mævio emtori acquiratur, an potius cedere debeat Titio venditori.

Responsio.

Mævius, Thesauri nihil accipit,
sed integer revertitur ad Titium.

Sane

Sane quidem pro emtore Mævio pronunciandum videtur. Nam (1) expresse in Jure cautum legitur, Thefauros quos quis in loco suo invenerit, juxta æquitatem naturalem ei cedere, qui eos invenerit *per S. 39. l. de R. Div.* adeo ut supervacaneum Imperator Leo asserat, hoc precibus postulare, quod jam legibus sit permissum, *l. unic. C. Thesaur. quod & Interpretes Juris communiter statuunt.* Quare justa ex causa, puta Emtione *S. 4. J. de Actionibus* fundo tradito, etiam Mævius ejus fundi Dominus effectus est, ex quo colligas; si dominus factus est, etiam (2) in loco suo thesaurum invenit, eumque tanquam suum extraxit, neque restitutionem Titio denegans, dolum videtur committere, cum jure suo utatur *l. 55. ff. de R. J.* Accedit (3) quod æquitatis ac rationis naturalis sit, commoda ejusque rei eum sequi, quem sequuntur incommoda *l. 10. ff. R. I.* at omne periculum emtione perfecta transit ad emtorem, *S. 3. l. de Emtione vendit.* ergo & eidem commodum rei venditæ accrescit, *d. S. 3. verb. sed & si.* ubi par eademve ratio subjicitur: Nam & commodum ejus debet esse, cujus est periculum. Facit (4) quod jus possessionis ei qui condidisset pecuniam, perimatur, siquidem alius possessionem invaserit *arg. à contrario l. 44. verb. quam alius non invasit pr. ff. d. acquir. l. admittend. possess. junct. l. 3. S. 3. fin. verb. nisi si loco motus sit & c. ff. eod.* Emtor. autem multo magis inventum lucrabitur, utpote qui prædo non est, neve vi, clam, præcario, aut ex quovis illegitimo titulo fundum possidet, quo refer. (5) quod thesaurus ille non intelligatur à Venditore ad Emtorem profectus, ut qui neque possedit eum licet fundum possederit, *l. 3. §. 4. cæterum ff. de acqu. l. admittend. possess.*
neque

neque sine possessione ejus dominium habuit, siquidem thesaurus antequam fuerit inventus, in nullius sit dominio *l. 31. §. 1. verb. ubi jam dominum non habeat. it. verb. quod non alterius sit ff. A. R. D.* imo (6) communis Doctorum autoritas eo tendit, ut thesaurum tendo vendito emtori adjudicatum velint. *Fachin. II. controvers. 20 vers. quarto controvertitur. Alciatus VII. parer. 1. Bocer de Regalib. c. 3. n. 186. Tabor. C. J. A. ad tit. de A. R. D. th. 48.* licet emtor thesaurum ibi esse sciens emerit, à Venditore nesciente, quod affirmant *Dd. pp. Strauch. dissert. Just. 6. apb. 32. P. Meigius p. 1. qv. 13. n. 62. Berlich. p. 2. conclus. 66. n. 5.* adeo ut nec læsio inde à venditore allegari possit, teste *Struv. S. I. C. Exerc. 23. th. 56* quibus addi posset, (7) quod cum de lucro captando quærat, melior sit causa possidentis *l. 126. §. f. ff. R. I.* & durior in eo dicatur causa petitoris, quod vel is qui petit, vel à quo petitur lucrifactor est. *l. 33. ff. eod.*

Sed enim verò tanti hæ rationes non sunt momenti, ut affirmativam prioris deseramus, quandoquidem accuratè quæstione inspectâ, insimulque thesauri natura penitus excussa assertionis fundamentum illico inclarescet, nimirum est statuente *Paulo Jcto in l. 31. §. 1. ff. A. R. D.* Thesaurus vetus quædam pecuniæ depositio, cujus non extat memoria ut jam dominum non habeat. Dicitur enim vetus depositio non quidem ex quadraginta annis, *l. 2. C. Præscript. triginta vel quadraginta annorum.* nec ex anni; *l. 7. §. 10. & 12. ff. de successorio edicto. biennij, l. 56. ff. locati. l. f. ff. re jud. decenij aut vicenij spatio, pr. ff. Usucap. & l. 16. §. 3. ff.*

3. ff. qui & a quibus manumissi neque ex ipsa longævitate
quæ centum annis terminatur, l. 56 ff. Usufr. l. 23. C. SS.
Eccles. æstimanda: Verum quæ certo tempore circum-
scribi nequeat, modo ab omni hominum memoria sit
remota: Remotam autem eam esse ab omni memoria,
vel inde probatur, si nec (a) scriptura quadam superfit
arg. l. 28. ff. & l. 4. C. Probat. l. 2. §. 1. & 7. ff. de aqua
pluvia arcenda, nam cum hominum memoria fluxa ad-
modum & labilis sit, l. 44. pr. ff. Acqu. Possess. nec vitam
habeamus in potestate nostra; in diuturnitatis spem exco-
gitatæ sunt scripturæ, quæ non tam facile sibi comissa
amittunt, ut ipsa memoria: unde scriptura perpetuo lo-
qui dicitur. *Rittershusius in Exposit. Nov. p. 9. c. 24.*
n. 2. nec (b) pecuniæ depositæ forma cognosci possit,
ita ut memoriam hominum excedat, *Berlich. p. 2. concl. 66.*
n. 25. Nevé (c) vel probabiliter saltem rei dominum
nominare sit facultas: Quoties enim alterum horum in
probando deduci atque produci potest, toties veri thesauri
appellatio cessabit, quo circa ad oculum patet, præfixam
in fronte quæstionem thesauri, ita delineati qualitatem
minimè sapere; Sed hoc ratione scripturæ sufficiat dixisse.
Advertamus potius ipsam monetam, quæ, quia annos
tantum viginti habet, novitatem suam apertè prodit,
& per hanc etiam dominum tacitè demonstrat, eaque
propter non est res nullius, nec cedit inventori arg.
§. 12. d. R. D. sed tota dominio vel ipsius hæredi restitu-
enda est l. 67. ff. R. V. & si restituere nolit inventos fur-
ti tenetur, competitque vero domino contra ipsum
actio furti, rei vindicatio, & condictio furtiva, §. ultim.
J. de oblig. quæ ex delict. nasc. & quidem cumulativè,
ut, nec prima per sequentes consumatur, ac vice
versa

B

versa per l. 7. §. 1. ff. *condict. furtiva*. conferatur.
l. 31. §. 1. ff. *A. R. D. l. 63. ff. eod. l. 44. pr. ff. Acq. Poss. §. 1. I. oblig. qua ex delict. nasc: l. 43. §. 4. ff. de furt. nec non Leon. Imp. Nov. 51.*
quà ratione Jctos Jenenses pecuniam in ædibus, auctoritate Magistratus venditis, non emtori, sed hæredibus prioris domini adjudicasse, probat, Strauch. *Diff. Justin. 6. aphor. 32.* nec impari pronunciato Dominorum Scabinorum Lipsiensium eandem nobiscum sententiam, & auctoritate & rationibus à se munitam pluribus corroborat Carpzov, p. 2. *const. 53. def. 10.* quibus jungatur Berlich p. 2. *Conclus. 66. n. 7. 8. it. n. 25. & 26.* Struv. *S. I. C. Exerc. 41. th. 53.* vers. est autem. *Ludw. disp. 4. th. 5. lit. f. in f. fine.*

Præsuppositis hisce præsupponendis, parata est responsio, nec quicquam negotij facessunt argumenta in contrarium allata: Quod enim (1) dicitur quemlibet in suo loco inventum thesaurum sibi acquirere, procedit, si fuerit thesaurus in specie ita dictus, id est talis pecunia, quæ olim condita, nunc cum reperitur, à quo condita, aut cujus sit, ignoretur l. 31. §. 1. ff. *A. R. D. l. unic. C. Theaur.* quod si igitur minimum ex pecuniæ atate depositio ejus, (ceu nostro in casu) constat, inventori non cedit, nec pro thesauro reputatur quoad acquisitionem, nam quoad nomen generale vocatur thesaurus, quòd ignoratur à quonam sit condita, *Berlich & Carpz. supr. allegat. loc.* nimirum potest esse pecunia v.g. per incendium perdita, vel per errorem ab eo ad quem pertinebat, non ablata uti loquitur Jctus in l. 67. ff. *R. V. junct. l. 31. ff. de A. R. D. in fin.*

Neutro autem modo Dominium amissum, censetur
Strauch.

Strauch. Diff. Just. 6. Aph. 40. non illo quia ut res pro de relicto habeatur possessio debet esse ommissa & Dominium amissum quod probat *Strauch. Diff. Just. 6. Aphor. 40.* nempe si ea mente abjecta sit res, aut neglecta, ne in numero rerum amplius habeatur. §. 46. *J. R. D.* non hoc modo; quia intercedit factum alienum, (si videlicet petens sit hæres) nam hujus ignorantia tanquam veri similis regulariter in quocunque præsumitur & toleratur per *l. 9. ff. de juris & facti ignorantia it. l. ff. pro suo.* Quin imo æque bonis annumerabitur si quid est in actionibus, petitionibus, persecutionibus, hæc enim omnia in bonis esse videntur *l. 49. ff. V. S. l. 15. R. I. l. 52. ff. R. V. & meum est, quod ex re mea super est, cujus vindicandi jus habeo l. 49. §. f. ff. R. V. l. 25. & l. 143. ff. V. S.* Non ideo tamen (2) Jure suo cadit emptor, nec fit aliquid contra essentiam dominii vel quasi sed effectus ejus tantummodo justa ex causa restringitur à legibus, quæ neminem cum alterius detrimento & injuria patiuntur fieri locupletiores, *l. 14. ff. condic. indeb. l. 206. ff. R. I.* hinc est, quod in jure is dominus non fit, qui exceptione perpetua summoverti potest, *arg. l. 55. ff. V. S.* nec videtur quisquam id capere, quod ei necesse est alii restituere *l. 52. ff. R. I.* Verbum enim capere cum effectu accipitur, veluti pervenisse ad aliquem illud non dicitur, quod non est remansurum *l. 71. in pr. ff. V. S.* Quo modo limitatur pariter. (3) *l. 10. ff. R. I.* Quando scilicet vel commodum illud directò tendit, in præjudicium tertii *l. 14. ff. condic. indebiti* aut, quando extra rem venditam ejusque naturam aliunde descendit, præprimis ubi ejus rei adest dominus. Nimirum commodum rei venditæ illud accipitur, quod domo in aliquâ esse solet *l. 39. §. 1. ff. aur. & arg. legato.* puta,

quicquid rei naturaliter accedit, itemque fructus, & quidem cum naturales, tum civiles atque industriales. Non vero inter ejusmodi fructus seu accessiones referendus est thesaurus, quippe qui ex re nec naturaliter provenit, nec ei naturaliter accedit. *l. 3. §. 3. ff. aqu. poss. Struv. §. 7. C. Exerc. 32. ib. 102. & 103. vers. non vero. junct. Exc. 30. ib. 13. vers. unde commoda*, adeoque nec est fructus fundi, *l. 7. §. 12. ff. Solut. matrimonio*, cum fructuum nomine illud tantum veniat, quicquid ex re nascitur, *l. 31. §. 4. ff. Solut. Matr. Strauch. diss. Inst. 3. aph. 13. in fin.* eoque minus. (4.) akerius invasione dominium, interversâ licet possessione ereptum nobis censetur. Quia se non evertunt, possessionem quem piam (v.g. emptorem) acquisivisse, & domino pristino, (videlicet venditori) nullam non superesse actionem, consequendi pretii gratiâ, *Strauch. ex Cujac. Dissert. Inst. 6. aph. 42. in fin.* hanc verò ipsi superesse, argumento est *l. 15. ff. ad exhibend.* ut sileam saltem in verbis *finalibus allegat. l. 3. ff. aqu. poss.* inferri, ad thesauri acquisitionem non sufficere, ut quis thesaurum videat, sed ut eam apprehendat & loco moveat, uti ex verbis initialibus ibidem claris patet, qua occasione (5) satisfit argumentationi ex eadem lege, quam nobis potius applicamus, siquidem de emptore & possessore fundi non autem de venditore loquitur; Nam negat Paulus ideo Thesaurum alicujus esse, quod possideat fundum, addita ratione, quia scit alienum esse. Nec impedit *l. 31. §. 1. ff. A. R. D.* Thesaurus etenim dominum non habere creditur, quando is à nobis ignoratur, atque propter ejusmodi ignorantiam desinit dominum habere, quando vero saltem per naturâ nosci & internosci potest, semper habet Dominum. Ut Paucis rem complectar, sufficit notum esse thesaurum natura, licet non notus sit nobis

nobis qui enim thesaurum aliquem condidit, ille nec dominium (*uti præcedi. num. 4. innuimus*) nec jus possessionis amittit, etiamsi locus memoria excedat, *arg. l. 44 ff. acq. possess.* transire igitur videtur Dominium ad hæredes licet ignoranter *l. 23. ff. acq. poss. ex Donell. Franzk. Exercit. 4. qv. 10. n. 6. conferantur hic ea quæ superius ad n. 1. allata.* Ceterum absit, (6.) Emptori totum acquisitionis jus denegamus, namque ex hæcenus dictis in proclivi est colligere, distinctum saltem conceptum esse, amiceque nobiscum, si rectè explicentur Doctores quasi dissentientes, conspirare. Tandem (7) Juris regulas nobis obstantes, ut intueamur & harum dubium removeamus superest, ubi præter alia negatur, de lucro eos utrinque certare, cum venditor damnum evitaturus, rem amissam persequatur, Emptor contra fortunæ donum ex *l. 63. §. 1. & 3. ff. A. R. D.* vel potius Dei beneficium ex *l. unic. C. de thesaur.* aut proprietatis jus allegando, petitoris intentionem elidere nitatur, jam verò Leges magis de damno, quam de lucro certantibus favere solent *l. f. C. de acq. poss. arg. l. 41. §. 1. ff. R. J.* Deinde secundum dictos textus tantum de commodo possidendi loquitur, adeoque possessoris hujus conditio non simpliciter melior dicitur, sed respectivè quoad onus probandi ut actore non probante, suo in loco maneat possessio, *§. 4. J. de interd. vers. commodum l. 2. l. 23. C. Probat. l. f. C. R. V. l. 4. C. edendo* quia nemo suæ possessionis titulum edere tenetur *l. 11. C. petit. hered.* eapropter si venditor probaverit, quod ea pecunia sit recondita intra hominum memoriam, secundum ea, quæ in ration. decid. proferre & differere placuit, res oppidò, est expedita. *Zobel. p. 2. diff. 62. & alij.* Ut in

pauca rem cogamus; & acquirit sibi thesaurum emtor
& non acquirit: Acquirat siquidem est thesaurus
in specie talis, quod scilicet sit absconditus ultra hominum
memoriam; non acquirit, ubi tantum ingenere talis
est, atque cujus memoria extrat, & hoc distinctionis fœ-
dere cum *Bocer. ap. Tabor. in C. I. A. cap. I. Ludovico
Romano ad l. 36. ff. V. O. Berlich: alleg. loc. Connano* quæ di-
versa sunt commodè conciliabuntur, & generalitas quoq;
Struviana Ex. 23. th. 103. Ut verbis non verum quadante-
nus temperari potest.

*Hæc sunt Lector benevole quæ ra-
tione huius casus declarare nobis pla-
cuit; si quid humani passus, tuâ quæ-
so excuses humanitate. Materix
argumentum plura suafisset, tempo-
ris autem cura in hoc acquiescere jus-
sit. Deo tandem devotas agi-
mus grates pro studiis hæctenus
benignè ex voto cesis, & quo ulterio-
ra ad ejus gloriam Proximique com-
mo-*

modum vergant, sanctissimum Numen intimis suspiriis imploramus, tuo interim favori nos commendamus.

COROLLARE.

Thesaurus infeudo, à Vasallo em-
to totus ei cedit qui non tantum
feudi usumfructum sed & ejus do-
minium utile habet *Carpzov. Jurispr.*
for. p. 2. Constit. 53. def. 6. n. 7. & 8. imò
thesaurus, sive à tertio, sive ab
ipso Vasallo infeudo inventus, non
cedit totus Vasallo, sed inter domi-
nium Feudi & inventorem dividen-
dus *Carpzov. Disp. Feud. 7. th. 7.* Pri-
or sententia verior est, quæ & in
praxi recepta, probatur à *Struvio.*
S. I.

*S. I. F. cap. 12. aph. 5. Brunnemann,
ad C. de thesaur. Gosvv. ad Esbach
innot. ad Carpz. dict. Definit. 6. n. 7.
jt. Textor. in pr. Judic. p. 2. cap. Ma-
mit. Posit. Jur. Feud. Dec. 13. §. 1.*



ULB Halle

005 355 370

3







3 Pri. 17. num. 27. ~~P. d. 26.~~
1709, 2 ~~24.~~ 3

THEMA JURIDICUM

An.
THESAURUS IN FUNDO EMTO
CUM MONETA VIGINTI ANNORUM EXCUSA
INVENTUS, AD VENDITOREM POTIVS
QVAM EMTOREM PERTINEAT

Quod
IN SPECIMEN

DISSERTATIONIS INAUGURALIS,
FAVENTE DIVINA GRATIA
RECTORE HUIJUS UNIVERSITATIS MAGNIFICENTISSIMO,
REVERENDISSIMO ET ILLUSTRISSIMO DOMINO,
DOMINO

PHILIPPO WILHELMO,
S. R. I. COMITE de BOINEBURG,

SACRÆ CÆSARÆ MAJESTATIS CONSILIARIO INTIMO &
CAMERARIO, nec non METROPOLITANARUM ECCLÆ.
SIARUM, MOGUNTINÆ & TREVIRENSIS CA-
NONICO CAPITULARI SENIORE,
EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNTINI CON-
SILIARIO INTIMO, ac CIVITATIS TERRITORIIQUE
ERFFURTENSIS PRO-PRINCIPE &c. &c.
DOMINO NOSTRO GRATIOSISSIMO,

MAGNIFICA AUTORITATE & CONSENSU BENEVOLO
INCLYTÆ FACULTATIS JURIDICÆ ACADEMIÆ HIERANÆ
ventilatum & resolutum

Summos in utroque Jure HONORES ac PRIVILEGIA
decenter ac rite demerendi,

Publico ac solenni Eruditorum Examine proponit
ac subjecit examinandum

Die xxxi. Maji A. O. R. M. D. CC. IX.
loco ac tempore solito.

WILHELMUS LUDOVICUS MARTINI.

ERFURT, Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.

